

noviter forsan, ex verbis ipsius Textus in d. l. 39. ibi: *is qui reipublica causa abfuturus erat, si procuratorem reliquerit per quem defendi possit, in integrum restitui volens non auditur.* Paulus itaque in hoc Textu loquitur de eo, qui antequam reipublica causa proficisceretur, procuratorem sufficienter instructum ad litem tunc motam reliquit. Et restitui volens audiendum non esse respondit, quia legitime potuit defendi per eum.

46 At vero Ulpianus in d. l. 26. §. *item inquit Prator*, loquitur de eo cui lis mota fuit postquam civitatis causa absentiam inchoaverat, & hunc restituendum docet, sive procuratorem reliquerit, sive non, quia minimè potuit eum instruere ad defensionem. Hæc disserbam in Academia Valentina anno 1638. quando Doctoris gradum obtinui, quia illustrandus Textus in d. l. *is qui reipublica* 39. forte mihi obtigit. Quæ quidem interpretatio quantum ad prædicta conducatur nemo est qui non videat.

47 Ad quintum dicendum est quod licet opposita fuisset exceptio defectus mandati, & ea repulsa, quando re vera de defectu constat, dominusque comparat audiendus est, ut in terminis docuit Dominus Salgado de Regia protecta, part. 4. cap. 7. num. 133. his verbis: *Dominus autem quancumque compareat allegans procuratorem comparentem pro eo non habere mandatum, erit omnino audiendus, ad annullandum processum, etiamsi alias iudex inter adversarium, & procuratorem assertum, seu falsum, declaraverit habere legitimam personam procuratorem comparentem, quia Dominus absentis non præjudicat.* Quæ doctrina nicitur in decisione Textus in lege falsus, Cod. de furt. ubi Baldus num. 33. &

48 Albericus num. 3. Alexand. cons. 133. numero 19. lib. 2. Marefcotus lib. 2. var. capite 93. num. 15. Mascard. dict. conclus. 1007. num. 12. cum seqq. Noguero. allegat. 19. num. 23. qui licet loquatur de falso procuratore, idem procedit in eo qui minus sufficiens mandatum habet: nam is etiam falsus procurator dicitur, ut docet Baldus in c. non ulli 22. n. 3. in fin. de offic. delegat. Curt. jun. in l. licet 24. n. 2. C. de procurat. Mastril. decis. 179. n. 9. p. 2. August. Barbof. in collect. d. leg. licet, num. 3.

49 Ad sextum respondendum est, cum dictis, nempe in hac causa non solum de interesse pecuniario tractari, sed de ho-

nore, auctoritate, fama, & opinione Auditoris: nam ultra læsionem, quam pati poterat inter probos, & honestos, eo ipso quo actio contra eum ex causa memorata proposita per actorem fuit, Dominus fiscalis ipsum Auditorem accusavit de commissis in exercitio muneris, ratione excessus salarii percepti, ob quod iustus fuit comparere personaliter in Senatu, cum magna jactura opinionis, & rei familiaris; ob quod nequaquam frater conjunctorio nomine admitti potuit, cum causa simpliciter pecuniaria non esset. Neque admissio eo, præjudicium parere potuit fratri absentis, nisi ratificatio sequeretur. Ut latè probant Magon. decis. Lucen. 6. n. 6. Hier. Laur. decis. Aven. 24. per tot. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 10. n. 97. Cartar. decis. 54. n. 3. Joseph. Ludov. decis. Perus. 49. & decis. 110. n. 12. Donell. lib. 18. com. c. 12. ubi Illiger. lit. C. Mench. contr. usufr. tit. 3. g. 8. n. 10. Joann. Garcia regul. 22. August. Barbof. in coll. l. exigendi 12. n. 5. Cod. de procurat. cum autem in nostra specie gesta per fratrem Auditor non ratificaverit, imò impugnavit acerrimè, nullum præjudicium gesta per illum inferre poterunt.

Ex his pronuntiatum fuit sententias 51 annullandas esse, mandatum executionis actori denegandum, reservato jure partibus ad petendum, quæ sibi utiliora esse videbuntur. Sententia lata die 15. Julii anni 1671.

CONTROVERSIA LXXI.

De Auditore Novi Orbis officium temporale suscipiente, an ultra syndicatus judicium quod residentia apud nos dici solet, ex eo officio subiciatur judicio acerbo visitationis.

SUMMARIUM.

- 1 Fodinarum argenti vivi in oppido de Huancabelica reperatarum notitia, & celebritas, remissive.
- 2 Forma administrationis eandem.
- 3 Facti species enarratur.
- 4 Dubia controversia in hac specie.
- 5 Visitandi Magistratus, & universitates jus de regalibus est.
- 6 Visitacionis judicium secreto modo procedendi inter nos usus frequens ad quem

- quem finem institutum sit.
- 7 Magistratum perpetuum obtinens, si officium temporale susceperit, subici videtur judicio visitationis, & quare.
 - 8 Minister cui visitacionis judicium commissum est, nulliter procedit, aliud judicium instituendo.
 - 9 Princeps virtute clausula apposita in concessionibus, mera, & libera voluntate durante, potest officium tollere, nulla adhibita cause cognitione.
 - 10 Magistratus perpetui auctoritas, inseparabilis est ab eo, licet officium inferius administret.
 - 11 In officio commissi dicuntur, quacumque sunt auctoritate, prætextu, & colore officii.
 - 12 Visitacionis judicium adhibetur, ne Magistratus durante officio inquisitus; ipsius auctoritate obstacula recte justitie administrationis inferre valeat.
 - 13 Visitacionis judicium institutum est, ad reformationem Magistratum supremorum, munera perpetua obtinentium.
 - 14 Visitacionis acerbitas sustinetur, ex consensu admittentium Magistratus, sub ea conditione.
 - 15 Et nihilominus injustitiam continere aliqui tenuerunt, & quare.
 - 16 Prætores, Governatores, & ceteri officiales temporaria munera subeuntes syndicati, sive residentia subiciuntur, non visitationi.
 - 17 Absolutus, vel condemnatus de aliquo crimine, non debet, nec potest amplius super eo molestari.
 - 18 Syndicatum, sive residentiam præstans, non potest amplius inquiri, vel accusari de gestis in eo munere.
 - 19 Magistratus inferiores, qui syndicatum præstans, nunquam visitari solent, licet de potestate Principis non dubitentur.
 - 20 Remedia extraordinaria adhibenda non sunt, quando ordinaria sufficiunt.
 - 21 Inferiores tenentur Principem, semel, atque iterum consulere, si injusta, vel insueta mandaverit.
 - 22 Principem posse ex vi clausule, mera & libera voluntate durante, officialem removere, valde dubium esse solet.
 - 23 Durum personarum vices sustinens, diverso jure debet judicari.
 - 24 Quamvisque officium retinet suam pristinam naturam, & secundum D. D. Laur. Matthæu, de Re Crim. Pars II.

actum gestum considerari debet.

25 A separatis, & remotis nulla sequi potest illatio.

26 Senatus censura.



DE celeberrimis fodinis argenti vivi, in oppido de Huancabelica, Peruanæ Provinciæ, earumque inventione, & opulentia plura tradunt P. Josephus de Acosta in histor. nat. Ind. lib. 4. cap. 11. cum seqq. Bisciola lib. 16. hor. succis. c. 4. Ant. de Herrera in descript. Indiar. post. tom. 2. histor. pag. 58. Joan. Laët. in Novo Orbe, lib. 10. cap. 19. Gaspard. Escalona in Gætophyl. p. 1. pag. 40. Dominus Solorçano de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. c. 14. n. 44. & lib. 5. c. 1. n. 10. & in Polit. in d. lib. 6. c. 2. §. 3. havien-do aora, & P. Didacus Avendaño in thesaur. judic. p. 1. tit. 1. c. 12. n. 115.

In harum fodinarum recta administratione consistit tota ferme vis ætatis Regis, quia mediante argento vivo, veri argenti summa ingens colligitur; ob quod licet à principio Reges nostri hanc administrationem speciali Prætori, sive Governatori mandare solebant, demum commissa immediatè fuit ipsi Peruanis Proregibus, qui tanquam in re ad se præcipue spectante, eligerent Governatorem idoneum, & sic unum ex Auditoribus Senatus Limentis mittere solent, ut tradit D. Solorçano d. lib. 6. polit. c. 2. & ipse Governatorem fuisse testatur ab anno 1616. usque ad annum 1619. tum in d. c. 2. tum etiam d. lib. 1. de jur. Ind. c. 14. n. 45. quæ administratio per triennium tantum conceditur, & frequentius uni ex Auditoribus dicti Senatus.

Quidam ex eis, Governator per Proregem missus fuit anno 1660. & cum post finitum officium, relatum fuisset in supremo Novi Orbis Senatu, ipsum in ea administratione male se gessisse, & perdidisse centum mille aureos, ex pecunia fisci, visitacionis judicium in eum statutum fuit: sed dum hæc agebantur, ipse judicium syndicatus sive residentia, ut dicere solemus, sustinuerat, absolutionem plenariam consequendo. Visitator tamen commissionem executioni deducendo eum, virtute clausule in commissione superadditæ, condemnavit ad restitutionem nonaginta duorum mille aureorum quos Governator solvere jusserat veris Fisci creditoribus; sub prætextu quod contra præceptum Proregis solvere.

V u 2 just

juisset. Et eum restitutio hujus ingentis summe facilis non esset, novo Proregi proposuit, quod vice compulsionis Auditorem personaliter comparere in Senatu juberet. Annuit utique, & simul eum eo, acta visitationis transmisit, in quibus tria dubia controversenda præcipue videbantur.

4 Primum an Auditor ex susceptione simplici officii Gubernatoris, subiecti dici posset visitationis iudicio, præsertim quando absolutus reperiebatur in iudicio syndacatus. De quo in presenti controversia tractatur.

Secundum, an ex eo quod solvere juisset contra decretum Proregis, teneretur ad restitutionem solutorum.

Tertium, an Proreges potestatem habeant jubendi senatoribus comparere personaliter in Senatu, inconsulto Principe, de quibus agendum est in duobus controversiis sequentibus.

5 Quoad primum dubium videbatur dicendum, quod jus visitandi Magistratus, & ceteris officialibus de Regalibus est, sicut & facultas visitandi universitates civitatum & oppidorum totius Regni, juxta Textum in leg. unic. Cod. ut omnes jud. tam civil. quam crimin. & in Authent. jud. sin. quo suffr. §. necessitates, Julius Clarus in §. fin. questione 35. num. 21. Belluga in specul. Princip. rub. 35. §. post militares, ex numero 1. Caravit. super rit. mag. Cur. rit. 49. numero 4. Capicius decis. 27. num. 11. Carl. de Tapia sup. constit. Neapol. tit. de offic. Magistr. just. constit. Magister justitarius, num. 4. D. Franc. Hieron. Leon. decis. Valent. 10. num. 27. tom. 3. Mastrill. de Magistrat. lib. 6. capite 1. num. 15. cum sequentibus, Montan. de regal. tit. potest. constit. Magistr. numer. 16. ex nostratibus Azevedo in rub. tit. 7. libr. 3. recopilat. numero 4. August. Barbof. in dict. leg. unic. num. 2. Dominus Larrea decis. Granat. 98. numero 17. & Dominus Solorzano de jur. Indian. tom. 2. lib. 4. cap. 8. ex num. 11. & in politic. Indian. lib. 5. cap. 10. §. y pasando.

6 Cum autem commissio Principis nomine expedita fuisset, & eo consulto deliberata, neque de potestate, neque de voluntate dubitari posse dicebatur. Et licet hoc visitationis iudicium, quod ex sui natura, & forma procedendi secretè, absque eo quod inquisitionis acta edantur, nomina, vel dicta testium reo communicentur, neque confessio exigatur, sed traditis capitulis de quibus accusatur,

Cargos dicimus, eo respondente, & probante, quod sibi expedire credit, unica sententia terminatur) institutum sit ad compefcendam maximam auctoritatem, quam superiores Magistratus obtinent cum officio perpetuo, & sic solum in usu est contra Præsides, Auditores, 7 Præfectos Curie, & ceteros officiales Auditoriarum, perpetuum munus obtinentes, cum facultas Principis, & Senatoris nullis limitibus circumscribitur, & Gubernator de quo agimus Auditoris munus retineret, ne auctoritate hujus dignitatis crimina in gubernatione patrata obnubilaret, necessaria, & opportuna visa fuit via visitationis, ut rectè justitia administrationi fieret satis, & crimina ab eo patrata debitis pœnis puniri possent. Neque Regius Visitator cui negotium commissum fuit, habebat arbitrium instituendi aliud iudicium, vel procedendi diversa forma, cum fines mandati transgredi ab eo non possent, ut docet Text. in leg. diligenter, ff. mandati, cum vulgatis adductis per Domin. Solorzano dict. tom. 2. lib. 2. cap. 6. n. 18. imò si excederet, nullum, & irritum esset, Text. in l. ut fundus, ff. com. divid. cum dilecta de rescript. idem Solorzan. d. lib. 2. cap. 4. n. 50. cum seqq.

Quibus addi poterat, quod Princeps cujus erat mandatum, virtute clausulæ mera, & libera voluntate durante apposita in concessione dignitatis Senatoriæ, poterat ipsum Auditorem ea in totum privare, ut pluribus probat Dominus Crespi observ. illust. 7. per tot. quod ante eum dixerat Montanus dict. numero 16. Quicquid in contrarium tenuerit Acaçius Ripoll. de regalib. capite 35. ex numero 64. Ergo multò magis potuit eligere medium visitationis ad instruendum animum suum de gestis per Auditorem, in munere Gubernatoris, & in administratione fodinarum. Neque relevabis si dicas, non pertinuisse ad munus Auditoris, ea quæ in gubernatione Huancabeliceni gesta erant. Nam licet verum sit, Auditoris auctoritas inseparabilis erat à persona hanc dignitatem Senatoriam retinente, ita ut verum esset dicere, quod omnia, quæ Gubernator decernebat, gesta erant per Auditorem, & cum delicta in officio commissæ dicantur, omnia quæ sunt auctoritate, prætextu, vel colore officii, ut pluribus probat Farinac. questione 19. numero 44. satis deliquisse in officio Audi

Auditoris videbatur, si auctoritate illius facta nomine Gubernatoris, firmitatem validiorem obtinebant. Ob quod, sicut ratione officii Auditoris obnoxius reperiebatur, ad iudicium visitationis sustinendum, non poterat excusari ratione gestorum in gubernatione, cum auctoritate Senatoria concurrente in eadem persona, concurreret etiam in omnibus gestis per Gubernatorem.

12 Quæ quidem auctoritas in causa est, ut visitationis iudicium secretum adhibeatur, quia sic vitari possunt offensæ divinæ Majestatis, & justitiæ administrandæ obstacula, quæ in his Auditorum syndicationibus frequenter contingere solent, ex perhorrescentia concepta à testibus, & aliis qui instrumenta ministrare debent, ad comprobationem delictorum, dum inquisitum vident in tribunali sedentem, & eandem auctoritatem conservantem, ut prudenter & doctè in terminis considerat Pater Didacus Avendaño in Theaur. Judic. parte prima, titulo quarto, capite vigesimo, numero centesimo septuagesimo secundo.

13 At contrarium videbatur dicendum. Primum, quia visitationis iudicium statutum, usu, & consuetudine nostrorum Regum, admissum est ad reformationem Magistratuum superiorum quorum auctoritas ex perpetuo manere formidabilis esse potest, subditis gravamina parientibus, ut latè probat D. Larrea, & D. Solorzano in locis superius adductis, ita ut munera temporalia obtinentes, hujus acerbitatem nunquam experti sint præter Proreges ad quos speciali dispositione in Novo Orbe extensum est, sic testante Solorzano d. cap. 8. num. 15. Quæ quidem acerbitas, quoad formam secretam procedendi, non edita copia iudiciorum, nec traditis nominibus testium, nec eis repetitis cum citatione visitati, sustineri non possent, nisi ex tacito consensu admittentium officia cum præsupposito subjectionis huic iudicio, ut norant Larrea d. decis. 98. num. 23. Solorz. d. cap. 4. n. 11. & 66. & in politic. d. c. 10. §. se tiene y reputa, Montan. d. num. 16. vers. id autem facit. Valencel. consil. 155. num. 59. & Dominus Crespi observ. 89. num. 20. Et nihilominus pluribus visum fuit modum iniquum continere, ut dixit Ma-

14 strillus dict. lib. 6. cap. 2. num. 24. nec temerariè, quia in criminalibus reus justæ D. D. Laur. Matthau, de Re Crim. Pars II.

defensionis facultatem renuntiare non valet, quoties pœna corporalis, vel famosa imponi potest, quia ipse Dominus non est personæ, vel status, Text. in l. liber homo ff. ad leg. Aquil. 1. lex Cornelia, §. fin. ff. ad leg. Corn. de sicar. ut cum Avendaño, Redin. Dueñas, Gutierrez, Ant. Gomez, Rojas, Paz, & Azevedo probat Pareja de instr. edit. tit. 1. resol. 6. n. 115. & tit. 10. resol. 4. n. 16. Sicuti neque remittere potest juramentum, ut latè probat Fatinacius q. 74. n. 85. quem sequitur Carpz. part. 3. pract. crim. q. 114. n. 64. Cum autem certissimum sit, quod Prætores, Gubernatores, & ceteri officiales temporales Novi Orbis, nunquam iudicium visitationis sustinuerunt, quia tantum in Magistratus superiores decerni solet, quando munus perpetuum obtinent; sic clarè testatur Larrea d. decis. 98. n. 18. ibi: cepit de Magistratibus superioribus inquiri, & n. 19. ibi: illud autem ad Senatores, Consiliarios, & eorum officiales extensum, Solorzano d. cap. 8. n. 10. ibi: ubi sinistra alicujus Audientie suspicio haberetur, vel querela provincialium regias aures offendunt, solet frequenter contra eos in communi, vel particulari visitationis iudicium indici. Ex numer. 66. ibi: Quoniam hoc videtur visitationis generalis nomen & natura expulsi, & sub hac lege dictarum Auditoriarum Ministri se officium suscipere intelligere debuerunt. Qui sanè hac in parte deterioris conditionis sunt, quam ceteri Correctores, Præsidesve, aut Gubernatores, qui syndacati subjiçuntur. Eadem verba nostro Hispano idiomate tradit in politic. dict. cap. 10. §. y en esto. Clarè refutat, quod deficit usus, & consuetudo procedendi, & consensus Auditoris, ut ex eo sustineri posset iudicium irregulare, & acerbum, per quod jus naturale infringitur, & justæ defensionis facultas impedita manet.

17 Secundo, quia iste Auditor tanquam Gubernator Huancabelicarum fodinarum syndacatus iudicium subiecit, juxta leges Regni, de quo toto titulo septimo, libro tertio, recopilat. ubi Azevedo, & ex processu Bobadilla, libro quinto, politic. capite primo, per totum, & in eo inquisitus, & accusatus fuit de omnibus quæ in visitatione accusabatur; à Judice syndacatore fuerat absolutus, & sententia absolutionis confirmata erat in Regia Audientia ad quam appellationis

judicium spectabat, ut docet Solorgan. *d. lib. 4. c. 3. n. 17.* & sic non poterat amplius molestari. Quia generaliter à jure statutum est, quod reus semel inquisitus, vel accusatus de aliquo crimine siue absolutus, siue condemnatus evadat, non potest amplius inquiri, vel molestari, quia crimen extinguitur absolutione, *Text. in l. 7. §. iisdem, ff. de accusat. l. penult. §. fin. ff. naut. caupon. vel stabul. l. ingenuum 25. Digest. de stat. hom. lege qui de crimine, C. de accusat. Cod. de his, eod. titul. leg. 12. titul. 1. part. 7. ubi Gregor. Lopez gloss. 2. & 3. Dominus Covarruvias libr. 2. variarum, capite 10. in princip. Julius Clarus §. fin. questione 57. numero 1. ubi Baiardus, Antonius Gomez libr. 3. variarum, capite 1. num. 27. Mastrill. de Magistr. dict. lib. 6. cap. 6. numero 29. Bobadilla dict. lib. 5. polit. capite 3. numero 135. Tiberius Decian. lib. 3. tractat. crimin. capite 30. ex numero 1. Fatinac. quest. 4. numer. 1. Guazzin. defens. 2. cap. 7. num. 21. plurib. Giurba conf. 53. num. 17. Ant. Matth. de crim. ad lib. 48. ff. tit. 19. cap. 2. n. 1. Tum etiam quia in specie Prætorum, Gubernatorum, & aliorum officialium, tam Hispaniæ, quam Novi Orbis, qui per tempus à lege præfinitum residentiam fecerunt, & syndicatum reddiderunt, semelque in eo absoluti fuerunt, seclusa collusione, & fraude amplius inquiri, aut molestari de gestis in officio non posse pluribus docent, ultra Mastrillum & Bobadill. ubi prox. plures relati per Solorgan. dict. cap. 8. num. 67. cum seqq. & in polit. dict. cap. 10. §. 7. en esto, usque ad fin. Et sic Auditor qui legitime syndicatum præstiterat de gestis in gubernatione, non potuit visitari, aut iterum inquiri. Neque his obstare videntur in contrarium adducta. Nam ex eo quod sit de regalibus Principis jus visitandi suos Magistratus, non sequitur quod hoc remedium sit adhibendum respectu munerum inferiorum, qui jure ordinario syndicati subjiciuntur. Non enim dubitamus de potestate Principis, sed de voluntate, quæ fertur ad hoc ut remedia extraordinaria non adhibeantur quoties ordinaria sufficiunt, ut probat Text. in leg. apud minores 12. leg. in causa 16. ff. de minor. leg. quedam 9. ff. de edend. leg. 1. ff. de præscript. verb. leg. 3. ff. si advers. rem judic. leg. cum sine, Digest. de Carbon. edict. lege 3. Codice de integ. restitut. cap. Clerici 11.*

questione 3. Regens Dominus Hieronymus Leon. decis. 166. numero 3. Fontanella de pact. claus. 4. gloss. 18. parte decima, numero centesimo, & decisione centesima decima tertia, numero quarto, novissime Dominus Crespi observ. 1. numero 323. Et licet Princeps decrevisset, hunc Auditorem visitari, dimanavit ex sinistra, vel diminuta informatione, quod suppleri potuit, & debuit, per Visitatorem, non aliud judicium institucendo, sed jussionis executionem suspendendo quousque Princeps ab eo plenius informatus, de cunctis facti circumstantiis; quod semel iterumque facere subditi permissum habent (per Textum in Authen. de mandat. Princip. §. denique, Cod. si quando de rescript. ubi Barbof. Solorgan. dict. tom. 2. de Indiar gubernat. lib. 2. capite 8. numero 51. & lib. 4. cap. 10. numer. 40.) quod iustum esset, decreverit. Certissimum namque videbatur, quod si Princeps, ejusque Senatus perciperent, quod Auditor nihil auctoritatis Senatorii officii impendisset in exercitio Gubernationis, prout re vera non impendit, quod syndicati paruit, quod residentiam compleverit, absque aliqua suspitione fraudis, vel perhorrescentiæ illatæ querelosis, subditis, aut testibus, & quod absolutio penariæ evaserat, absolutionis confirmationem obtinendo in illa Regia Audientia, in qua ipse Prorex præsidet, judicium visitationis in eum non decrevisset.

Neque obstat secundum: nam, ut dixi numero nono, propositio potestatis Principis, quoad privandum officio quemlibet Magistratum, virtute clausulæ mera, & libera voluntate durante, valde dubia redditur: nam solum inducit quandam monitionem ad bene se habendum, & fideliter gubernandum, ut bene probat Ripol. dicto numero sexagesimo quarto, quibus addenda ea quæ ex Oliban. Bologneto, Domino Gregorio Lopez, & Ramonio notavi tom. 1. de regim. Val. capite quarto, §. 6. numero 9. Neque transire potest absque limitationibus, quæ illius vires enervant prorsus, ut ex ipsa observ. 7. Domini Crespi, si bene perpendatur, resultat. Sed quantumvis eam absolute concedamus, non inde sequitur, quod acerbissimum visitationis judicium, consuetudine introductum, ad reformandos excessus Magistratum supremorum munera perpetua obtinendum, & in



CONTROVERSIA LXXII.

De Gubernatore solvere jubente ex pecunia fisci sibi concedita, contra præceptum Superioris.

SUMMARIUM.

- 1 Falsi species narratur.
- 2 Recipiens pecuniam, ut alteri daret, si non fecerit, sed consumpsit, tenetur actione mandati & furti.
- 3 Et ad restitutionem cum usuris.
- 4 Administratores pecunias, vel res quas suscipiunt, ratione administrationis in vero deposito, & sequestrato habent.
- 5 Administratores contrectant, quicquid in alios usus consumunt.
- 6 Administratores, etiam si nobiles sint, in carcerem detrudi debent pro restitutione pecunie in alios usus consumpta.
- 7 Thesaurarii, & alii administratores rerum fiscalium in hac dispositione comprehens.
- 8 Administratores bonorum civitatis similiter comprehenduntur.
- 9 Fæmine tutrices, & curatrices carcerari etiam possunt pro exigenda pecunia tutela ab eis consumpta.
- 10 Administratores bonorum concursus ad idem tenentur.
- 11 Administratores nihil solvere possunt absque judicis decreto.
- 12 Administrator, qui contra superioris decretum solvit, nihil agit, & pæna dignus efficitur.
- 13 Et in dolo præsumitur, dum superioris præceptum non observat.
- 14 Administrator in quantum excedit superioris præceptum, de proprio solvise videtur.
- 15 Mandans pecuniam administrationis consumere, eadem pæna tenetur.
- 16 Administrator rerum Fiscalium solvens veris Fisci Debitoribus illius stationis, utiliter solvit.